

## TITVLVS XXXVI

liges: cū recte p̄cūctabis quātā ex eo capere uoluptatē.  
**H**uius rei (quā nup̄ amisi) cōmoditate nulla fuit in uita mi  
bi iucundior.

**C**oaceruatus sum hac calamitate tot lamētandi causis: ut  
difficillimum dictu sit.

**F**uere in me facta nō aspera solū: sed oīno imanīssima.

**T**am aduersa fuit hoc tempore mihi fortuna: ut in omnē  
cōciderem lamentationem.

**S**i quis daret querimonīæ iudex: meis quæstibus obtun  
deretur.

**D**ies noctesq; gemo ac crucior: quando tā affectus a fratre  
sum turpiter.

**L**amentatio mea neq; ficta est: nec nō ex corde puenit.

**N**on minus langueo q̄ lamentor: cū tam opportuna mi  
hi sustulerit casus: erumnaq; successerit.

**T**itulus. xxxvj.

**H**ortatoria familiaris.

**H**ortor ego te quidē p̄ mutua inter nos charitate: ne qd  
ea in re lamenteris quæ tibi cōmunis est cū multis. **Q**uis  
enim in orbe uiuit: nec eiusmodi casib⁹ est subiect⁹? **A**t cō  
stantiam indue **M**arij: quē nunq̄ aiunt uel in aduersis fle, **M**arius  
re uisum: uel in p̄speris ridere. **A**dmonuit nos quoq; **T**ra  
gicus ille **S**eneca: **R**otat omne fatū: & rursus extat illud: **S**eneca in  
res deus nostras celeri citatas turbine uersat. **N**ū irasceris hercule fu  
aut quereris in superos? **A**t eorū aut iussu aut p̄missione  
fiunt hæc oīa? **Q**uid si tuū aliquod est p̄meritū in louē cri  
men: multo maiorem acerbiorēq; p̄enam? **E**go te hortor  
ad ea uirtutū munera: quæ sanitatē efficere dicebat **S**tra/  
tonicus. **N**am cū est p̄turbata mens nostra uel cupiditate  
uel dolore: succurrit philosophia facitq; ualitudinē bonā.  
**A**d hanc te hortor quæ uirtutū est plenissima: quibus q se  
dedit: nequit dolere: nequit nō lætus ac iucūdus esse. **V**a/  
le. **E**x Mediolano. iij. Kalendas **M**artias.

**H**ortatoria familiarissima.

**A**d uirtutē ego te hortor: ut eū te præstes quē te parētib⁹

**Virtus**

debes ac patriæ. **N**ā a cunctis expectaris uir clarissimus: si tuis a maioribus non es futurus degener. **Virtus** te nedū beatiorē deniq; reddet: sed uel interea lætiorē. **Q**uid est eī iucundius cuiq; uiro bono q̄ fm uirtutē uiueret? **A**dimit ægritudines uirtus: rationē p̄ sanitate bonaq; mentis ualitudine subministrat. **Q**uare nō iniuria **S**toici dicebāt: **C**ui uirt<sup>9</sup> sit: ei nihil deesse ad bene beateq; uiuendū. **V**irtus sit tibi semper comes. **V**ale. **E**x **M**ediolano pridie kalendas **M**artias.

**Hortatoria Grauis.****Hieronym<sup>9</sup>****Paulus****Epimenides**

**I**ussit **H**ieronymus adbortari nos alterutrū ad charitatis opera: ut illud seq̄remur apostoli **P**auli: **A**lter alteri<sup>9</sup> onera portate. **A**t **E**pimenides poeta dixit: **H**ortatur quicūq; animos ad honesta pudicos: chalcar equo stimuluq; bono cōmisit: at illis quos fouet ingeniū puerfa mente malignū: præceptoris opē: uimq; impartit amici. **Q** & si scio q̄ sis tua sponte uel sine hortatione ulla deditus pietati: non est tñ absurdū ut te hortet: ne deseras patrē seniorē: matrē anū: sorores inuptas: **F**auendū est semp genero. **Q** si

**Chryso-**  
**stomus****Lex naturæ****Tobias**

ut uult **C**hryso<sup>9</sup>stom<sup>9</sup>: nudo uestimētū debes iussu dei: ac egenis reliquis ea quæ cogunt mendicare: quāto plus ea debes parētibus ac tuis in quos primū ut propinquitatis: ita charitatis est gen<sup>9</sup>. **A**t lex naturæ (quā & diuino uerbo non nescis fuisse **M**osi traditā: ut referret populo: & **T**obix præceptis **T**obiolo filio datam) te hortat: **Q**uæ fieri tibi uis: alijs facias: **E**t proximum tuum sicut te diligas: **N**e quicq; in alium cōferas: quod in te nolis conferri. **Q**ua cupis igit in te filios aliquā pietate fore: hac tu prim<sup>9</sup> in parētes utere: **Q**uodq; impietatis hos effugere uis gen<sup>9</sup>: idem effuge. **N**am ut illud docet **I**uuenalis iniquiens: **C**ondere ficedulas didicit nebulone parēte: a patribus pueri discūt a matre puellæ. **T**e igitur hortor: sis in uirtutis disciplina tā sollicitus: q̄ decet eum esse qui gloriæ sit cupidissimus. **Q**uid potes in hoc orbe cōsequi sine uirtute: quod nō cōtinuo delabat: concidat atq; corruat? **A**t disciplina te do-

**Iuuenalis**

cebit mores: uiuendi rationē: quæstus ac laudis uia. **H**or-  
tor autem super omnia te ad nominis tutandam amplitu-  
dinem. **N**am qui scdm græcorum prouerbium: **A**nonymes  
funt: obiere iam dudū. **E**t ut **G**regori<sup>9</sup> ait: uersant in tene- **Gregorius**  
bris. **A**d eam te hortor quærendā supellectilē: quæ ditissi-  
mos exprimit: & nunq̄ deficit. **H**æc si sequeris: & me hor-  
tantē audies: nō pœnitebit te unq̄. **B**ene uale. **E**x **M**edio-  
lano kalendis **M**artijs.

**S**ynonyma hortatoria.

**N**ihil est qđ te magis q̄ hoc deceat: ad qđ te sum hortat<sup>9</sup>.

**A**d ea te hortor quæ tuæ consulant dignitati.

**A**dbibe tuis (me hortante) parētibus omnē diligentiam.

**O**mnis erga te adhortatio mea in uirtute sita est.

**S**i me audis: esto in patrē pientissimus.

**S**i uis q̄ diuissime ac foelicissime uiuere: fac ut matri apud  
te nihil deficiat.

**E**go te ad doctrinā consequēdam hortor.

**C**ura si me amas: ut mea hæc omnis ad disciplinā adhor-  
tatio tibi sit non inuicūda.

**N**ulla re plus debes (me hortante) delectari: q̄ ijs studijs:  
ad quæ te sum hortatus.

**V**bi nullā frustra triueris tempus (qđ te hortor) assidue  
matorē concipis uoluptatē.

**T**anto eris assidue lætior: quāto meis diligentius parebis  
hortatibus.

**Q**uo te uæhementius amo: te magis ad uirtutē hortor &  
gloriam immortalem.

**N**ihil ē unq̄ tibi de futuro: si meā nō negligis adhortationē

**C**um sollertius incubueris adhortationib<sup>9</sup> meis: eris & di-  
tior & excellentior.

**O**rnabis domū tuā omnē: nisi meis defueris hortatibus?

**A**d ea te hortor quæ uideor te partum: unde laudem in-  
credibilem consequaris.

**C**um cætera quæq̄ in orbe uana sint: uirtus (ad quam te  
hortor) est & perpetua & diuina.